

Ernst Johann Friedrich Mantzel

Programma, Qvo Nomine Ordinis Jvridici, Ad Dispvtationem Inavgvralem Viri Prænobilissimi Atqve Consvltissimi Dn. Christiani Danielis Wolfradt ... De Sagacitate Jvdicis In Criminalibvs Die April. Anno MDCCXXXVIII. H. L. Q. C. Habendam Invitantvr ... Et Simvl Respondetvr Ad Qvæstionem: Ob noch woll Hexen-Processse entstehen möchten?

Rostochii: Typis Johannis Jacobi Adleri, [1738]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100234378X>

Druck Freier  Zugang




RU jurist. 17. April. 1738

~~Wolfradt, Christ. Dan.~~

Mantzel, Ernst Johann Friedrich

1e



1730. 4/11.

6

PROGRAMMA,

QVO

NOMINE ORDINIS JURIDICI,

AD DISPUTATIONEM INAUGURALEM

VIRI PRÆNOBILISSIMI ATQVE CONSULTISSIMI

DN. CHRISTIANI DANIELIS
WOLFRADT,

DICASTER. MEKLENB. ADV. ORDINARIJ,

DE

SAGACITATE JVDI-
CIS IN CRIMINALIBVS

Die April. ANNO MDCCXXXVIII.

H. L. Q. C. HABENDAM

INVITANTVR PATRONI, FAVTORES ET

AMICI, ET SIMVL RESPONDETVR

AD QVÆSTIONEM:

Ob noch woll Heren-Processse entstehen möchten?

ABS

D. ERNEST. JOH. FRID. Mankeln,

JVRIS PROFESSORE ORDINARIO ET AD

H. A. DECANO,


R O S T O C H I I,

Typis JOHANNIS JACOBI ADLERI, SERENISS. PRINCIPIS
& ACAD. Typogr.

1757

PROGRAMMA
AD DISPUTATIONEM IN ACADEMIA
VIRI PRINCIPALISSIMI ATQUE CONSULTISSIMI
DR. CHRISTIANI DANIELIS
WOLFRADT
DICASTER, MECLERIE ABV. ORDINARI

DE
SAGACITATE IVDI-
CIS IN CIVILIBVS
INVITANTVR PATRONI, FAVTORES ET
AMICI ET SIMIL. RESPONDETVR
AD QUESTIONEM:



Ob hoc tolli debent quae effe entibus mōstentur
ABS
D. ERNEST. JOH. FRID. WOLFRADT
IURIS PROFESSORIS ORDINARIO ET AD
H. A. DECANO.

R O S T O C H I I
Typis JOHANNIS JACOBI ADLERI SENIENSIS PRINCIPIS
& ACADEMIAE



BENEVOLE LECTOR,



ffert mihi *Prænob. atque Con-*
sult. Dn. Candidatus WOLFRADT
dissertationem inauguralem, *de sa-*
gacitate judicis in criminalibus. Le-
gi ego eandem & inveni quod di-
gna legi omnino sit. Sapit virum
haud leviter meditantem, siquidem
ubique patet, quod theoriæ & pra-
xeos connubium jam in ejusdem eruditione sit celebratum,
Recte judicat in limine, quod hæc talia scripturus, in effectu,
ut ajunt, compendiam quoddam processus Criminalis scri-
bendum haberet, nisi selectum faciendum in mente sibi cir-
cumscripsisset. Accipit igitur B. L. nonnullas positiones suum
scopum haud difficulter obtenturas, nimirum ut testentur vi-
rum scriptorem, & eruditum in Auditorio defensorem. Mihi,
ut etiam aliquid huic disputationi adjicerem, data est copia
publicandi programma, cujus thema equidem erit primarium,
celebris ortus & laudabilis vitæ curriculi recensio; Sed liceat
aliquid præfari ad quæstionem: *Ob noch wohl Heyen-Pro-*
cesse entstehen möchten?

Quoties in folle ad hanc quæstionem responderetur, toties
observo, alios esse adhuc vehementer *superstitiosos* & nihil non

ex narrationibus antiquis imo anilibus de pacto explicito & concubitu cum diabolo, couenticulis in monte Bructero, locupletationibus cum alterius damno ope draconis, & quæ sunt alia, admittere; Alios vero sentio nimis superficialiter respondere: Es wäre lauter Gabeley was von denen Heren von jehet erzehlet worden. Sed bona verba quaeso: Media amplectenda erit sententia.

Est autem illa sequens, quod statuum, dari homines circa propositum inclarescendi, ditescendi, libidinem explendi & vindictam privatam exercendi a DEO aberrantes & adversus eundem prævaricantes, quia per ipsius providentiam intentionem suam non pro voluptate obtineri posse vident. Sunt illi, qui pro symbolo habent: Flectere si nequeo superos, acheronta movebo. Primus igitur veneficus prodidit diffidentiam erga DEVM, & confidentiam erga ens immateriale, quod male agentibus propitium est. Atheus talis practicus & rebellis adversus DEVM, vel nullo principio præter naturales omnium rerum virtutes, quibus in malum finem usus fuit, sese commisit, vel etiam impuro & DEO ubique contrario enti se concredidit. Modus hoc faciendi ideam pacti induere debuit: Prima talia pacta fuere omnino implicita & nullo præceptore præunte vel viam monstrante potuit talis hominum nexum cum hoc principio malo sancivisse. Propagatio hæc mali successive nacta est suos præceptores, qui secundum artis regulas docuerunt, quomodo procedendum sit & stulta inclinatio plebis sciendi futura vehementer promovit hoc delictum. Hinc numerantur ubique in divinis pandectis ad lamias Die Wahrsager und Zeichendeuter; Conferatur Saga Endorea. Est enim quædam apud vulgum insania divinandi & futura sciendi. His diebus observavi ex Actis Inquisitionibus Dargunensibus, daß ein Inquisit, der mit sich herum schlepte ein Weib und einige Kinder, eine Schwieger-Mutter und eine Schwester, auf die Frage: Womit sie sich denn stets genähret? antwortete: Die alte Frau hatte einen Chrystall daraus weiffagte sie und zeigte,

besonders durch hinter denselben gehaltene Bilderchens, denen jungen Bauer-Knechten und Mägden was sie würden für Liebsten kriegen. Ponamus, id quod tamen abstraxisse, diabolum esse non-ens; Credo quod tamen queat esse delictum pacti cum diabolo impliciti: Abnegatio DEI semper est facta, & quod ad novum fœdus, satis est pro conceptu delicti hujus, quod formale adfit, quamvis non detur materiale; Et quod ad continuationem & perseverationem in hoc delicto, error & opinio possunt adeo altas agere radices, ut quis putet se videre, quæ non videt, & audire quæ non audit; Præsertim si accedit ignorantia physicæ experimentalis, & si phænomena curiosiora & operationes extraordinariæ, quæ pientissimus Physicus in nomine Domini potest exhibere, ad supernaturalia referantur & ceu in malum finem elicti, pro DEO adscribendis non habeantur. Paucis, posset quoddam delictum blasphemæ & prævaricationis adversus DEUM concipi etiamsi non daretur diabolus; Et credo, quod multæ lamie nihil utilitatis ex hoc nexu etiam putativo habuerint, præter quasdam operationes quæ ex accidenti & ex naturali rerum virtute provenerunt. Plurimæ enim lamie æconomia fuerunt studiosissimæ, & quia DEUS etiam malis hominibus dat panem quotidianum & sollem suum omnibus prodesse sinit, id per solam suam diligentiam obtinuerunt, quod pessimè errantes diabolo & suis superstitionibus & aliis superstitionibus adscriperunt. Cogitetur de voce plebis multorum diligentissimorum & DEO devotissimorum patrum ac matrum familias sortem hoc dente rodentis: De fan heyen: de heft dat thohoy gehert. Quis quæso etiam in hisce terminis non statueret delictum? Blasphemia est ubique fundamentum, unde sæpissime in antiquis protocollis observavi, daß die erste Lektion in der Erlernung der Heyeren gewesen eine Annahme eines weissen Stöckchens unter den verdammten Worten: Ich nehme diesen witten Stöck, un verlögne mienen Herrn Gott. Obvenerunt mihi passus in actis superioris ævi, daß die zaubern könnend er Verschneen ganz ungehalten geworden auf ihre erlernte Kunst,

und ihren Geist Hans &c. daß wohl ebender einer seine
Meisterin geprüget, da er gefunden, daß er nichts reicher
oder besser dadurch geworden, daß er heron könnte. Ad ar-
ticulos: Ob inquisitin mit dem Teuffel würcklich gebuhlet?
responderur: Ja, aber das wäre doch so nicht recht ge-
wesen: En illusiones somniorum: Ob sie würcklich etwas
von dem Satan an Güthern erhalten? resp!: Nein, sie hätte
offt gemeinet, daß sie was hätte, aber wenn sie was haben
wollen, hätte sie eben woll arbeiten müssen als andere Leute.
Quod ad equitationes illas famosas, dudum fuit exploratum,
quod ante oculos probatissimorum virorum per totam jacen-
tes noctem, sequente die ad protocollum longum enarrave-
rint itinerarium. vid: Etwas von gelehrten Rostockischen
Sachen Ao. 1737 p. 105.

Quod tales homines igne & gladio e medio tollendi sint,
quis ambigeret. Et quis inter Christianos, quibus promissio,
daß sie wollen dem Teuffel und allen seinen Wercken und Wes-
sen entsagen, ob oculos verlari debet, & qui de existentia dia-
boli & ejus nequitis plene convicti sunt, hæsitaret, primo sta-
tuere, dari delictum pacti impliciti cum diabolo, conjunctum
cum atrocissima DEi abnegatione, & quod Magistratus cura de-
beat esse, tales homines, qui ad illum ascenderunt malitiæ gra-
dum, refecare, juxta illud divinum: Die Zauberinnen sollte
nicht leben lassen. Nec tamen silendum ad quosvis gradus su-
perstitionis, sed condigne sunt puniendi sortilegi divinatores &
hujus furfuris alii aliæque.

Verum haud sunt excedendi limites programmatici; Hinc
ex hæcenus allatis respondeo ad quæstionem propositam: Es
ist wol möglich, daß noch ein Hexen-Proceß entstehen könne:
Wenigstens bezeuget es die Erfahrung, daß noch gradus davon
fürkommen. Uberior sentiendi libertas imò magis solida doctri-
na fidei & morum rariores quidem reddidere casus, sed inter-
dum occurrunt. Allegabo duos potiores, qui currente tem-
pore, quod in Facultate hic infumsi, obvenerunt; Alter erat ex
districtu Razeburgensi da Anno 1735 eine ganze Gesellschaft
durch

Durch Siebelauffen und andre schändliche Anstalten in Wof-
ten und Wercken einen Dieb auszuforschen sich bemühet. Pu-
niebantur omnes arbitrarie. Alter erat ex nostra provincia
& quidem ex prædio Pokrent, oblatu eodem Anno 1735, qui
pariter ac præcedens testatur, quod inter plebem adhuc detur
doctrina de modo veneficiorum & scientifica quædam tracta-
tio. Es beschwereten sich einige ehrliche Leute, daß 2 Pauer-
Knechte sie blamiret, als hätten sie gesehen, daß sie nach den
Block-Berg geritten. Inquisiti gestunden ganz gleich in ih-
ren Bekännissen, daß sie in der Nacht auf den ersten May 2.
Ketten, welche J. D. ererbet, in die Länge an einander gemacht,
zuvor aber das Vater Unser, und das Gebeth: Mit Gottes
Hülff sang alles an, gebethet, und darauf die Ketten rund umb
Käselangezogen, und nichts, als den Weg nach Gadebusch
offen gelassen. Auf der linken Seite des Weges hätten sie
mit den Ketteneinen Crayß gezogen, in dem Crayß hätten sie
ein Creutz gemacht, und sich darauf geseket, auch die Ketten um
den Hals gehangen, und abermahl das Vater Unser, und das
Walte Gott! gebethet. Als sie eine Stunde gefessen, wäre
erst P. R. auf einer Schwinge reyten gekommen, den Hand-
griff hätte er in der Hand gehabt, und die Füße von der Er-
den: Unter der Schwing wären Füße an der Erde gewes-
sen. Gleich hinten wäre P. R. Frau auf einem Hahn reiten
gekommen: Hinter diese wäre des S. Frau geritten auf ihrem
eigenen schwarzen Hund: Die letzte wäre gewesen N. Bräu-
der Frau, welche auf ihren schwarzenrauben Köther geritten,
und hätten alle 4 stangene Säume, Sattels und Steigbü-
gels gehabt. Die Inquiten erzehlten Worte die diese reis-
tende gesprochen, und beschreiben noch viele Umstände: Sie
gaben an wer ihnen dieses procedere gelehrt, und wie es eis-
nige mit einem seydenen Faden und Sieb verrichteten: Sie
thaten hinzu daß bey Wittenburg 2 Knechte vormahls 2
Steine einen blauen und einen rothen umb ein Dorff getra-
gen, dabey noch dieses vorgefallen, daß der eine Knecht
seine eigene Mutter reiten gesehen, darüber er für Schres-
cken

den darvon gelauffen. Das frey herrliche Gerichte hatte die Leute genau examiniret, auch sie sattfahm darauf geführet, daß sie entweder überall lögen, oder sich verblenden lassen; Allein sie submittirten sich zur Straffe und blieben dabey, daß sie alles eigentlich gesehen; so war auch nicht auszufinden, daß sie wieder die genandten Leute den allergeringsten Haß hätten. Testatur, ut hoc iterum scribam, hic casus quod inter homines infimi sublellii detur adhuc doctrina sublesta per manus propagata. Et si mentiti non fuerunt, documentum adest quanta illusiones fieri queant, quæ, credo, satis arguunt, spiritum phantasiam corruptentem.

Nos condemnabamus hos inquisitos ad carcerem cum catena & numellas. Das Haß-Eyssen: pariter & ad pœnitentiam ecclesiasticam atque deprecationem nominatis personis faciendam. Placet rationes decidendi succinctas huc referre: Wir geben, scribebarur, dißmahl uns nicht hinein in die beschwerliche Controverse von des Lasters der Zauberey Verwandniß und wie weit der Teuffel, als ein unläugbarer Geist eine sinnliche Gewalt, über einen Körper habe; Sondern wir sagen nur kürzlich daß diese Inquisitions-Sache so viel erhärte, daß der Teuffel noch mächtig sey in den Kindern des Unglaubens dabey wir, nachdem die existences des Satans nicht darf in Zweifel gezogen werden, uns über den modum seiner Wirkungen dißmahl nicht weiter aufhalten, als daß wir feste sehn, es können denen die der böse Geist treibet, auch dergleichen illusiones vorgemachet werden, welche sie in den Stricken ihrer Meynungen festiglich gefangenhalten. Haben den Inquisiti gleichlautend und anhaltend gestanden, daß sie etwas gesehen; so stehe es damit dahin; genug, daß man deßfals die genanten Persohnen nicht in inquisition ziehen wird und muß, weil auch des seeligsten Samuels Gestalt von dem Teuffel gemißbrauchet worden; Genug daß Inquisiti sich solches eingebildet. Gnuß, daß sie mit solchen preparatorien zu dieser Bosheit sich begeben, daß man, wenn man nicht ihrer Einfalt und Jugend etwas nachsähe, re.
der

der Pöbel fahret doch nach immer fort, die alten Streiche bey
zubehalten, ja gleichsam scientifices fort zu pflanzen; Man
muß dannhero desselben Bahn wovon der Teuffel profi-
ret, zusammt dieses Reich, zersthören helffen, und wir wollen
glauben, daß diese Art der Censuræ civilis & ecclesiasticæ wer-
de etwas gutes schaffen.

Recte igitur monuit Dn. Candidatus in sua disputatione,
quod Judex debeat esse sagax & circumspectus. Promeritus est
haec sua doctrina, ut ab omnibus bonis lauderetur, & simul pro-
pter sequentia favore & amore promoveatur. En genus &
proavos & quæ fecit ipse!

Nascebatur ille Anno 1709 d. 14 Maji & quidem ex stem-
matibus splendidissimis & illustribus. PATREM siquidem ve-
neratur, *Virum Prænobilissimum Dn. Diedericum Samuelem*
WOLFRADT, Consiliarum aulicum Mecklenburgensem spe-
tatisimum & Venerabilem, | ultra-sexagenarium senem,
Patrem, avum proavumque plurium & arte & marte inclyto-
rum & inclarescentium filiorum atque nepotum, pariter ac
filiarum & neptum, Viris Illustribus & celeberrimis elocata-
rum & dignissimarum; Fautorem meum æstumatisimum &
dudum honoratissimum; Cui DEus largam tribuat benedi-
ctionem. MATREM colit, ex generosa inque Pomerania
celeberrima familia natam virtutibus sexum femininum ornan-
tibus matremque decentibus coruscantem, Dn. *ANNAM CA-*
THARINAM von *BAUMANN*.

Avus paternus erat B. Dn. *Jacobus Alexander WOLF-*
RADT, Mercator Rostochiensis famigeratissimus, qui thori
sociâ gaudebat, mei Dn. Candidati AVIA, B. Dn. *Catharina*
BERGHOLZIN, Matrôna virtuosissima Gustrovio oriunda.

AVUS maternus erat *Generosus Dominus B. Joachim Chri-*
stian de BAUMANN, Dominus in Lüdershagen, Negast &
Narau, Senator Republicæ *Sivalesundensis* meritisissimus. AVIAM
veneratur Dn. *Mariam de STRAHLENHEIM*, filiam B. Viri de
Strahlenheim, summi Regii Tribunalis, quod Vismariæ florere,
Assessoris consummatissimi, cujus fama præterea perennat per il-

B

lustre

Iustre par filiorum, videlicet alterum, Perillustrrem Baronem *Henningum de STRAHLENHEIM*, Sacrae Regiae Majestatis Sveciae Legatum, ad aulam invictissimi nostri Imperatoris, & quidem in causis praesertim Ecclesiasticis, quae ex voto sunt expeditae; Et alterum, qui Svecici Regni commodis Hamburgi ut Regius Residens, hodiernum invigilat.

PRAVUS Paternus erat Vir quondam amplissimus atque prudentissimus, B. Dn. *Didericus WOLFRADT*, Senator & Senior Camerarius Republicae Rostochiensis meritissimus. PROAVIA autem fuit B. Dn. *Hedewig TANCKEN*, B. Dn. *Martini TANCKEN*, Jcti & Syndici Wismariensis consultissimi filia. Circa quam merito notatur, quod familia haec Tankiorum eadem illa sit, quam Imperator CAROLUS IV. gl. mem. diplomate nobilitatis propter illustria merita ornavit & ex qua in aula Imperatoria adhuc regnante RUDOLPHO secundo, pariter ac in aulis, Regia Danorum & Electorali Saxonum inclaruerunt Viri, supremis muneribus bellicis & civilibus admoti, quorumque una Linea Baronale postmodum decus acquisivit, & insuper hoc sibi ad meritorum copiam vindicant, quod veritatis religionis Lutheranae amore dura perpessa sit fata.

PROAVUS Maternus allegatur B. Generosus Dn. *Nicolaus de BUMMANN*, Dominus in Lüdershagen, Lüssow, Megast, Altten-Pleten & Rosen-Garten, Reginae Svecicae CHRISTINAE Praefectus Domonialium in Pomerania & Rugia, pariter ac Senator Sundensis meritissimus, nec non Hypothecarius praedii regii Poggendorff. PROAVIA Materna notatur B. Dn. *MARGARETHA HALLENEN*, filia B. *DANIELIS HALLENI*, viri magnae fidei in Aula gloriosissimi GUSTAVI ADOLPHI Regis Sveciae pariter ac Reginae CHRISTINAE; Viri ob peregrinationes repetitas in Palaestina item ob gradum Doctoris in Jure celeberrimi; Cujus Pater fuit B. *Daniel HALLENUS*, Episcopus Suecus & Regius Confessionarius.

ABAVUS Paternus fuit B. Dn. *Dietricus WOLFRADT*, Mercator, in illustri urbe impetiali Lubeca, negotiationibus per
His-

Hispaniam & Portugalliam celebratissimus, cujus nomen in splendidis posteris ad hunc diem ibidem florere; Ejus conjux laudatur B. *Magdalena* von CÖLLN, nata ex gente patria & inter Consules atque Senatores Lubecenses ab antiquissimis temporibus incluta.

ABAVUS Maternus memoratur B. Dn. *Ioachim* de **BAUMANN**, Senator Reip. Sundensis in fastis cum insigni laude notatus.

ABAVIA materna erat B. Dn. *Margaretha* **GEHZEKRUHEN**, Generosi Dn. *Christiani* **GEHZEKRUHEN** Jcti & Senatoris Sundensis celeberrimi filia.

Atavus paternus annotatus est B. Dn. *Adolphus* WOLFRADT, Seren. Ducis Juliaci, *IOH. WILHELMI*, Quaestor & Consiliarius Camerae fidelissimus. Is fuit ille, qui feuda Wolfradtensia prope Coloniam adhuc possedit. Ita enim recensent tabulae, quae haec familia ultra secula in Germania superiori fuerit illustris, & quod persecutiones religiose posteros, veritatis tenaces, ad has terras exules miserint.

ATAVIA erat B. *Anna* von **GEZMEN**. Obstet modestia, secus ulteriora afferrem; Subsistam igitur, modo memoraverim Wolfradtium omnibus Magnis Majorem. Erat ille Illustrissimus Dn. ANTONIUS WOLFRADT, Patruus modo dicti Adolphi, is Coloniae gradum Doctoris Theologiae assumpsit, opponentibus Cardinalibus satis notis, Baronio & Bellarmino, quorum posterior post disputationem Candidato suum imposuit pileum, dicendo: *Ne extollare, si tibi aliquando similis pileus & fors equalis obtigerit.* Ascendit postea per varios gradus, & quidem electus est Abbas Krembs-Monasteriensis in Austria: Imperator FERDINANDUS III vocavit eundem Praesidem Camerae aulicae, constituit illum Consiliarium intimum: Tandem factus est Episcopus Viennensis Decimus quintus, & Principalis Commissarius Imperatoris in Comitibus, evehctus mox ad dignitatem PRINCIPIS

PIS S. R, IMPERII, quale fastigium inter Episcopos
Vienneses primus obtinuit. Loquitur hæc omnia Epitaphi-
um Viennæ in Aede Stephaniana ad sacellum Wolfratia-
num erectum, quod integerum huc scribi meretur:

D. O. M.
ANTONIO.

Religione Prudentia. Ani-
mi. Magnitudine. Rerum. Divi-
narum. Humanarumque. Sci-
entia. cum. iis. Comparando.
Quos. Obstupuit. Antiquitas.
Viro. tribus. Infulis. Pari. Hila-
riensi. Creliphanensi. & Ponti-
ficali. Viennensi.

Augg: Impp: Ferdinandi
Ildi & Ferdinandi III. Intimo.
Consiliario. ad. Ordines S.
Rom. Imperii. Sapientissimo.
Legat.

Legato. ob. labores. Reipubl.
causa. fortiter. susceptos. & fe-
liciter. gestos. inter. Imperii.
Principes. adscito. Domi. Foris-
que. Magno.

Ut. mortuus. viveret. apud.
posteris. PHILIPPUS. FRI-
DERICUS. Episcopus. Vien-
nensis. in. Cathedram. Succes-
sor. in. tumulum. successurus.
posuit. Vixit. Annos LVIII. O-
biit Anno M. DC. XXXIX.
Calend. April. Tumulo inscribi-
tur.

FUI.
EPISCOPUS. ABBAS.
PRINCEPS.
SUM.
CINIS. UMBRA. NIHIL!

12

12

Hæc in memoriam majorum mei Domini Doctorandi scribenda merito erant; Jam vita ejusdem recensenda erit. Nascebatur igitur, ut supra allegatum Anno 1709. & quidem in prædio Rostochio vicino, cujus Proprietarius tunc erat Dominus Pater; Ab anno 1712, quo currente Parentes domicilium in urbe figebant, concredebatur pietatis & humaniorum instillatoribus fidelissimis. Duodecennis committebatur dexterrimæ informatione Dn. *KÄMPFERI*, postea *Philosophia Magistri fulgidissimi & nunc Metaphysices Prof. celeberrimi, Fautoris & Collegæ mei æstumatissimi*; Exhibuit hicce probatissimus Præceptor & jam per sororem affinis Dn. Candidati dilectissimus, tantam fidelitatem tantumque in erudiendo hoc suo discipulo amorem, ut is animum suum gratisimum hac voce declaratum cupiat largiter. Anno 1723. sub Rectoratu, tum temporis *Jcti Professoris celebratissimi, jam autem Consilarii Regiæ Maj. Magnæ Britannia & Consulis Reip. Rostochiensis illustris & meritissimi Dn. PETERSEN*, Fautoris mei multis nominibus colendissimi, numero civium academicorum infertus, successive Collegia philosophica frequentare cœpit. Audivit B. WEIDNERUM, virum supra laudes meas positum, & cujus cineres ad meos usque venerabor, Dn. Doct. & Prof. *ÆPINUM*, nunc Consiliarum Consistorialem venerabilem, Fautorem & Præceptorem meum sancte colendum, ut & Dn. D. & Prof. *BURGMAN-CUM*, Fautorem, Collegam & Amicum meum a multis annis familiarem & dilectissimum. Ab Anno 1727 studio juridico se plane mancipavit; Audivit Per. Illustrum nunc Holsatiæ Cancellarium Dn. de *WESTPHALEN*, Fautorem meum colendissimum, audivit B. Dn. D. *LEMMEN*, audivit & me varias partes juris tradentem, & nescirem ullum laborem sive disputatorium sive practicum quem non lubenter in se suscepisset & tulisset. Testantur illud mea programmata collegiis disputatoriis præmissa; Testatur idem dissertatio me Præside publice in Jubilæo Aug. Conf. Anno 1730 habita, quæ exhibet specimen primum meditationum ad Pandectas Sacras. Credo quod publice decies opponentis vices subierit, nam æmula

tio

tio tunc vigens provocabat cupidos frequentissime. Bene præparatus & adaptatus, ut aliis in se viret, adhibebatur ab illustrissimo Holsato Comite de RANTZAW, ut filii studia moderaretur, postea eandem spartam ornabat in illustri Familia Luneburgo Cellensi Dn. de LENTHE, & tempus transgebant fideliter partes suas observando. Quia autem hæc talia non erant quibus perpetuo se destinare poterat, rediit ex Consilio Amicorum in patriam & Anno 1733 Examini in Facultate nostra se subjecit, præstititque se virum. Quæ postea egit, practica fuerunt, vel in Juribus partium in Judiciis provincialibus & urbano exhibita, vel id quod sæpe satis præstitit, ad defensionem inquisitorum in præsecuris provincialibus exarata. Currente ultimo anno quædam Inquisitiones ipsius curæ clementissime fuere commissæ: Nil igitur neglexit, quod e re erat, imo quo magis aptus esset causis orandis, nuper in numerum Advocatorum ordinariorum Illustris Judiciû Aulico-provincialis receptionem qualem ante annos venerabile Consistorium Ducale haud denegavit, decenter petiit & impetravit.

Ulteriora dabit divina clementia & providentia. Quod gradum Doctoris ambierit, jus sit propositum Praxi se totum vindicandi; Constat enim, quod honores in jure summi Advocatorum patriæ nostræ decus sint a Patribus patriæ impositum. Quia igitur ad gradum illum obtinendum requiritur, ut, more majorum, disputationem inauguralem defendat, obrulit mihi elaborationem suam *de sagacitate judicis in criminalibus*; Perlegi eandem & dignam judicavi, cui etiam meum inscriberetur nomen, utut nihil ex illa mihi vindicem.
MAGNIFICUS Dn. RECTOR & O. O. O. VIRI *Celebres*


lebras & honoratissimi, veniant gratiose & humaniter, vide-
antque, quomodo, defendendo suas assertiones, vincat,
DEus autem *qui virtutis fons & præmium est, fata Wolf-
radiana jubeat esse felicissima.


P. P. Sub sigillo Facultatis Juridicæ,


Anno MDCCXXXVIII.

d. Aprilis.









the scale towards document

provocabat cupidos frequentissime. Bene præ-
tus, ut aliis inserviret, adhibebatur ab illu-
Comite de RANTZAW, ut filii studia pro-
a eandem spartam ornabat in illustri Familia
nfi Dn. de LENTHE, & tempus transige-
es suas observando. Quia autem hæc talia
perpetuo se destinare poterat, rediit ex Con-
patriam & Anno 1733 Examini in Facultate
præstititque se virum. Quæ postea egit,
vel in Juribus partium in Judiciis provinciali-
bita, vel, id quod sæpe satis præstitit, ad defensi-
m in præfecturis provincialibus exarata. Cur-
o quædam Inquisitiones ipsius curæ clemen-
missæ: Nil igitur neglexit, quod e re erat,
tus esset causis orandis, nuper in nume-
n ordinariorum Illustris Judiciæ Aulico-pro-
nem qualem ante annos venerabile Consi-
haud denegavit, decenter petiit & impe-

bit divina clementia & providentia. Quod
ambierit, jusfit propositum Praxi se totum
nstat enim, quod honores in jure summi
riæ nostræ decus sint a Patribus patriæ im-
gitur ad gradum illum obtinendum requiri-
orum, disputationem inauguralem defendat,
rationem suam *de sagacitate judicis in cri-*
egi eandem & dignam judicavi, cui etiam
tur nomen, utut nihil ex illa mihi vindicem.
Dn. RECTOR & O. O. O. VIRI Ce-
lebres